Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31296
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">>



nec sine tedio et dolore vivere. Libenter habe-
remus ab omni miseria quietem, si quia per peccatum
perdidimus innocentiam et per quem amisimus
eternam veram beatitudinem. Deo oportet nos te-
nere patientiam et expectare dei misericordiam do-
nec transeat iniquitas hec. et miseritus
absorbeatur a vita. Quantum est fragilitas
humana quam sit prona et ad vitia. Hodie con-
fiteris peccata tua et cras iterum peccatis
confessis. Nunc propositis cavere et per horam
agis qui nichil proposuisses. Merito ergo
nos pro humiliare possumus nec umquam
aliquid magni de nobis sentire. quia tam
fragiles et instabiles simul. Cito perit etiam
perdi per negligenciam. quod multo laboe
vix tandem acquisitum est per gratiam. Quid
fiet de nobis adhuc in fine, quando tepescimus
tam mane. Ne nobis si sic volumus declinare
ad quietem qui iam pax sit et securitas.
ut nec dum appareat vestigium vestigatis.
in mutua conversacione. Bene opus esset quod
adhuc iterum instruerremur tamquam boni no-
uitij ad mores optimos. si forte spes esset
de aliqua futura emendacione. a maiori
spiritali profectu. De meditacione mortis.

xxviij

Qualde cito est tempus hic factum. Vide ut
aliter te habeas. Hodie homo est. et
cras non comparebit. Cum autem sub
latus fuit ab oculis. etiam cito transit